

www.e-rara.ch

The History Of The Life Of M. Tullius Cicero

Middleton, Conyers

Basil, MDCCXC [1790]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH AO II 12-15

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-92833>

Notes to Section II.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

NOTES

TO SECTION II.

¹ **Me** Quæstorem Siciliensis excepit annus. Brut.
440.

² Prima omnium, id quod ornamentum Imperii est, provincia est appellata. In Verr. l. 3. 1.

³ Quæstores utriusque Provinciæ, qui isto Prætore fuerunt. Ibid 4.

⁴ Ita Quæstor sum factus, ut mihi honorem illum non solum datum, sed etiam creditum, ut me Quæsturamque meam quasi in aliquo terrarum orbis theatro versari existimarem; ut omnia semper, quæ jucunda videntur esse, non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem. In Verr. l. 5. 14.

⁵ Ille M. Cato sapiens, cellam penariam Reipublicæ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominavit. In Verr. l. 2. 2.

⁶ Vid. Orat. Cottæ in fragment. Sallust.

⁷ Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram: negotiatoribus comis, mercatoribus justus, municipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram visus

in omni officio diligentissimus: excogitati quidam erant a Siculis honores in me inauditi. Pr. Planc. 26.

⁸ Plutarch's life of Cic.

⁹ Jam videbatur illud in me, quicquid esset, esse perfectum, & habere maturitatem quandam suam. Brut. 440.

¹⁰ Cum sublatis in Sicilia tyrannis res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur, tum primum, quod esset acuta illa gens & controversa natura, artem & præcepta Siculos *Coracem et Tyssam* conscripsisse. Brut. 75. Hæc una res in omni libero populo, maximeque in pacatis, tranquillisque civitatibus semper floruit, semperque dominata est. De Orat. 1. 8.

¹¹ Tusc. Quæst. 5. 3.

¹² Pro Plancio, 26.

¹³ Homo cum summa potestate præditus, tum ad inflammandos animos multitudinis accommodatus, Pro Cluent. 29. Plutarch. in Lucull.

¹⁴ Nisi forte C. Cotta ex factione media Consul, aliter quam metu jura quædam tribunis pleb. restituit; & quanquam L. Sicinius primus de potestate tribunicia loqui ausus, mustitantibus vobis circumventus erat. — Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis. — Vid. Sallust. Hist. Fragment. 1. 3. Orat. Macri Licinii. Plut. in Lucull.

¹⁵ Ut nemo tam rusticus homo, Romam ex ullo municipio vadimonii causa venerit, quin sciret jura omnia Prætoris urbani nutu atque arbitrio Chelidonis meretriculæ gubernari. In Vetr. 5. 13.

¹⁶ M. Antonii infinitum illud imperium. Ib. 2. 3.

¹⁷ Primus invasit insulam M. Antonius, cum ingenti quidem victoriæ spe atque fiducia, adeo ut plures catenas in navibus, quam arma portaret. Flor. 3. 7.

¹⁸ Antonium, cum multa contra sociorum salutem, multa

contra utilitatem provinciarum & faceret & cogitaret, in mediis ejus injuriis & cupiditatibus mors oppressit. In Verr. 3. 91.

¹⁹ Creticum bellum, si vera volumus noscere, nos fecimus sola vincendi nobilem insulam cupiditate. Flor. ib.

²⁰ Vid. Flor. 3. 20.

²¹ Plut. in Crass. — Crasse, quid est, quod confecto for- midolosissimo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni vuleris? In Pison. 24.

²² Sylla & Consullem, ut prædiximus, exarmatumque Sertorium, proh quanti mox belli facem! & multos alios dimisit incolumes. Vell. Pat. 2. 25. 29.

Jam *Africa*, jam *Balearibus Insulis* fortunam expertus, missusque in oceanum — tandem Hispaniam armavit — Satis tanto hosti uno Imperatore resistere res Romana non potuit: additus Metello Cn. Pompeius. Hi copias viri diù, & ancipiti semper acie attrivere: nec tamen prius bello, quam suorum scelere, & insidiis, extinctus est. Flor. 3. 22.

Illa in tantum Sertorium armis extulit, ut per quinquen- nium dijudicari non potuerit, Hispanis, Romanisve in armis plus esset roboris, & uter populus alteri pariturus foret. Vell. Pat. 2. 90.

A M. Perperna & aliis conjuratis convivio interfectus est, octavo ducatus sui anno; magnus dux, & adversos duos Imperatores, *Pompeium* & *Metellum*, sæpe par, frequentius victor. Epit. Liv. 96. Vid. etiam Plutarch. in Sertorio & Pomp. Appian. p. 418.

²³ Plutarch. in Pomp. Appian. 423.

²⁴ In tanto civium numero, magna multitudo est eorum, qui propter metum poenæ peccatorum suorum conscii, novos motus conversionesque Rep. quærunt. Pro Sext. 46.

²⁵ Plut. *ibid.*

²⁶ Quod bellum expectatione Pompeii attenuatum atque imminutum est; adventu sublatum & sepultum. Pro leg. Manil. xi. it. — Qui etiam servitia virtute victoriaeque domuisset. Pro Sect. 31.

²⁷ Pompeius hoc quoque triumpho, adhuc Eques Romanus, ante diem quam Consulatum iniret, curru urbem invectus est. Vell. Pat. 2. 30.

Quid tam singulare, quam ut ex S. C. legibus solutus, Consul ante fieret, quam ullum alium Magistratum per leges capere licuisset? Quid tam incredibile, quam ut iterum Eques Romanus S. C. triumpharet? Pro leg. Man. 21. Vid. Plutarch. in Pomp.

²⁸ Illam Syllani temporis messem — Parad. 6. 2.

Multi ex te audierunt, cum diceres neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. Ib. 1.

²⁹ Plutarch. in Crass.

³⁰ Cum igitur essem in plurimis causis, & in principibus patronis quinquennium fere versatus. Brut. p. 440.

³¹ Plutarch. Cicer.

³² *Ibid.*

³³ Quis neget opus esse Oratori in hoc oratorio motu, statuque Roscii gestum? — tamen nemo suaferit studiosis dicendi adolescentibus in gestu discendo histrionum more elaborare. De Orat. 1. 59. Vid. Tusc. Disp. 4. 25.

Omnes autem hos motus subsequi debet gestus, non hic, verba exprimens, scenicus, sed universam rem & sententiam: non demonstratione, sed significatione declarans, laterum inflectione hac forti ac virili, non ab scena & histrionibus. Ib. 3. 59.

³⁴ Putamus — Patronum tuum, cerviculam iactaturum. In Verr. 1. 3. 19.

³⁵ L. Torquatus, subagresti homo ingenio & infestivo — non jam histrionem illum diceret, sed gesticulariam, Dionysiamque cum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret. Aul. Gell. 1. 5.

³⁶ Genus hoc totum Oratores, qui sunt veritatis ipsius actores, reliquerunt; imitatores autem veritatis, histriones, occupaverunt. — At sine dubio in omni re vincit imitationem veritas. De Orat. 3. 56.

³⁷ Satis constat, contendere eum cum ipso histrione solitum, utrum ille sæpius eandem sententiam variis gestibus efficeret, an ipse per eloquentiæ copiam sermone diverso pronuntiaret. Macrob. Saturn. 2. 10.

³⁸ Plutarch. in Cic.

³⁹ Vid. de petitione Consulatus. xi.

Mercemur servum, qui dicet nomina: lævum
Qui fodiat latus, et cogat trans pondera dextram
Porrigere. Hic multum in Fabia valet, ille Velina:
Cuilibet hic fasces dabit, etc.

Hor. Epist. 1. 6.

⁴⁰ Plutarch. in Cato.

⁴¹ Pro Murena, 36.

⁴² Ut nemo nullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviam non venerit. Ad Att. 4. 1.

⁴³ This will explain what Cicero says above of Pompey's entering upon the Consulship, at an age when he was incapable even of the lowest Magistracy. But though strictly speaking, the Ædileship was the first which was called a Magistracy, yet Cicero himself, and all the old writers, give the same title also to the Tribunate and Quæstorship.

⁴⁴ Me cum Quæstorem in primis, Ædilem priorem — cunctis suffragiis populus Romanus faciebat. In Pison. 1.

⁴⁵ Dionys. Hal. 1. 6. 411.

⁴⁶ — dabit, eripietque curule

Cui volet importunus ebur — Hor. Ep. 1. 6.

Signa quoque in sella nossem formata curuli,

Et totum Numidæ sculptile dentis opus.

Ovid. de Pon. 4. 9.

⁴⁷ Liv. 1. 6. ad fin.

⁴⁸ Antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ locum — jus imaginis ad memoriam; posteritatemque prodendam. In Verr. 5. 14.

⁴⁹ Ergo, inquiet aliquis, donavit populo Syracusano istam hæreditatem, &c. In Verr. 2. 18.

Messana tuorum adjutrix scelerum, libidinum testis, prædarum ac furtorum receptrix, &c. In Verr. 3. 8. it. 11.

⁵⁰ In foro ob eloquentiam Rege caufarum. Afcon. Argum. in Divinat.

⁵¹ Divinat. 3.

⁵² Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii. In Verr. Act. 1. 2.

⁵³ In Siciliam sum inquirendi causâ profectus, quo in negotio — ad hospites meos, ac necessarios, causâ communis defensor diverti potius, quam ad eos, qui a me consilium petivissent. Nemini meus adventus labori aut sumptui, neque publice neque privatim fuit. In Verr. 1. 1. 6.

⁵⁴ Ait indignum facinus esse, quod ego in senatu Græca verba facissem; quod quidem apud Græcos Græcè locutus essem, id ferri nullo modo posse. In Verr. 4. 66. Vid. 62, 63, 64.

Valerius Maximus says, that the Roman Magistrates were anciently so jealous of the honor of the Republic, that they never gave an answer to Foreigners but in Latin: and obliged the Greeks themselves to speak to them always by an Interpreter, not only in Rome, but in Greece and Asia;

in order to inculcate a reverence for the Latin tongue through all nations. (Lib. 2. 2.) But this piece of discipline had long been laid aside ; and the Greek language had obtained such a vogue in Rome itself , that all the great and noble were obliged not only to learn , but ambitious every where to speak it.

⁵⁵ Vid. in Verr. l. 4. 62 , 63 , 64 , 65.

⁵⁶ *Ecquæ civitas est — Rex denique ecquis est , qui Senatorem populi Romani tecto ac domo non invitet ? &c.* In Verr. 4. 11.

⁵⁷ Non ego a Vibone Veliam parvulo navigio inter fugitivorum prædonum , ac tua tela venissem — omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis. In Verr. l. 2. 40. Vid. Afcon. Argum. in Divinat.

⁵⁸ Reperio , judices , hæc ab istis consilia inita & constituta , ut quacumque opus esset ratione res ita duceretur , ut apud M. Metellum Prætorem causa diceretur. In Verr. Act. 1. 9.

⁵⁹ Cicero summo consilio videtur in Verrem vel contrahere tempora dicendi maluisse , quam in eum annui , quo erat Q. Hortensius Consul futurus , incidere. Quintil. 6. 5.

⁶⁰ Mihi certum est non committere , ut in hac causa Prætor nobis consiliumque mutetur. Act. 1. 18.

⁶¹ Faciam hoc — ut utar testibus statim. Ibid. — Sed tantummodo citaret testes — & eos Hortensio interrogandos daret : qua arte ita est fatigatus Hortensius , ut nihil , contra quod diceret , inveniret : ipse etiam Verres , desperato patrocínio , sua sponte discederet in exilium. Argum. Afconii in Act. 1.

⁶² In cæteris orationibus defensor futurus , accusationis officium his libris , qui Verrinarum nomine nuncupantur , compensare decrevit : & — in una causa vim hujus artis & eloquentiæ demonstrare. Afcon. Argum. in Lib. & in Verr.

⁶³ Quo nomine abs te, C. Verres, festertium millies ex lege repeto. Divin. in Cæcil. 5.

⁶⁴ Decimus C. Verrem quadringenties festertium ex Sicilia contra leges abstulisse. Act. 1. 18.

⁶⁵ Proinde si qui sunt, qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum iudicium velint esse, ita sint parati, ut disceptante populo Romano mecum sibi rem videant futuram, &c. In Verr. 5. 71.

⁶⁶ Quid igitur dicet? fecisse alios. — Sunt quædam omnino in te singularia — quædam tibi cum multis communia. Ergo omittam tuos peculatus, ut ob jus dicendum pecunias acceptas — quæ forsitan alii quoque fecerint, &c. In Verr. l. 3. 88.

⁶⁷ Hic est Dio — de quo multis primariis viris testibus factum est. H — S undecies numeratum esse, ut eam causam, in qua ne tenuissima quidem suspicio posset esse, isto cognoscente obtineret: præterea greges nobilissimarum equarum abactos: argenti vestisque stragulæ domi quod fuerit esse direptum. In Verr. l. 2. 7.

⁶⁸ Post ad amicos retulit. Qui cum ei fuissent auctores redimendæ salutis, ad Timarchidem venit. Expositis suis difficultatibus, hominem ad H-S LXXX perducit, eamque ei pecuniam numerat. In Verr. l. 2. 28.

⁶⁹ Tum repente iste testes citari jubet. Dicit unus & alter breviter. Nihil interrogatur. Praeco, dixisse pronunciat. Iste — properans de sella exiit: hominem innocentem, a C. Sacerdote absolutum, indicta causa, de sententia scribae, medici, haruspicipque condemnavit. Ib. 30.

⁷⁰ Numquid igitur oportet nisi tres fortes conjici, unam educi? Nihil. Conjici, jubet tres, in quibus omnibus scriptum esset nomen Theomnasti. Fit clamor maximus — ita. Jovis illud sacerdotium amplissimum per hanc rationem Theomnasto datur. Ibid. 51.

⁷¹ Tota Hieronica lege — rejecta & repudiata — edictum, judices, audite præclarum: quantum decumanus edidisset aratorem sibi decumae dare oportere, ut tantum arator decumano dare cogeretur — &c. In Verr. l. 3. 10.

⁷² Apronius venit, omne instrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit — hominem corripit & suspendi jussit in oleastro, &c. Ib. 23.

⁷³ Jam vero ab isto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis. Ib. 75, &c.

⁷⁴ Tu ex pecunia publica H-S tredecies scribam tuum permissu tuo cum abstulisse fateare, reliquam tibi ullam defensionem putas esse? Ib. 80.

⁷⁵ Agyrinensis ager --- ducentos quinquaginta aratores habuit primo anno Præturæ tuæ. Quid tertio anno? Octoginta --- hoc peræque in omni agro decumano reperietis. Ib. 51, 52, &c.

⁷⁶ Eorum omnium, qui decumani vocabantur, princeps erat Q. ille Apronius, quem videtis: de cujus improbitate singulari gravissimarum legationum querimonias audistis. Ib. 9.

Cum palam Syracusis, te audiente, maximo conventu, P. Rubrius Q. Apronium sponfione laceffivit, ni Apronius dictitaret, te sibi in decumis esse socium, &c. 57.

⁷⁷ Hic tu medicum & haruspice, & præconem tuum recuperatores dabis? (ib. 60.) Iste viros optimos recuperatores dat, eundem illum medicum Cornelium, & haruspicem Volusianum, & Valerium præconem. Ibid. 21. it. 11.

Scandilius postulare de conventu recuperatores. Tum iste negat se de existimatione sua cuiquam, nisi suis, commissurum — coget Scandilium quinque illa millia nummum dare atque adnumerare Apronio. Ib. 60.

⁷⁸ Erat apud Heium sacrarium magna cum dignitate in ædibus, a majoribus traditum, perantiquum; in quo signa

pulcherrima quatuor, summo artificio, summa nobilitate, &c. In Verr. l. 4. 2. C. Claudius, cujus *Ædilitatem* magnificentissimum scimus fuisse, usus est hoc Cupidine tam diu, dum forum Diis immortalibus, populoque Romano habuit ornatum. — Hæc omnia, quæ dixi, signa ab Heio de sacrario Verres abstulit, &c. ib. 3. Ita iussisti, opinor, ipsum in tabulas referre. ib. 6. In auctione signum æneum non magnum H-S cxx millibus venire non vidimus? Ib. 7.

⁷⁹ Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es? — At quomodo abstulit? &c. ib. 12.

⁸⁰ Quid enim poterat Heius respondere? — Primo dixit, se illum publice laudare, quod sibi ita mandatum esset: deinde neque se illa habuisse venalia, neque ulla conditione, si utrum vellet liceret, adduci unquam potuisse ut venderet illa, &c. In Verr. 4. 7.

⁸¹ A celebrated Carthaginian sculptor, who left many famous works behind him. Vid. Plin. Hist. Nat. lib. 33. 12. it. lib. 34. 8.

⁸² Cybirate sunt fratres — quorum alterum fingere opinor e cera solitum esse, alterum esse pictorem. — Canes venaticos diceret, ita odorabantur omnia & peruestigabant. In Verr. 4. 13.

Memini Pamphilum Lilybætenam — mihi narrare, cum iste ab sese hydriam Boethi manu factam, præclaro opere & grandi pondere per potestatem abstulisset; se sane tristem & conturbatum domum revertisse, &c. Ib. 14.

⁸³ Tum iste: Quam mihi religionem narras? quam pœnam? quem senatum? Vivum te non relinquam: moriere virgis, nisi signum traditur — Erat hiems summa, tempestas, ut ipsum Sopatrum dicere audistis, perfrigida; imber maximus, cum ipse imperat lictoribus, ut Sopatrum — præ-

⁸⁴ cipitem

cipitem in forum dejiciant, nudumque constituent — cum esset vinctus nudus in aere, in imbri, in frigore. Neque tamen finis huic injuriæ crudelitatiq; fiebat, donec populus atque univerſa multitudo atrocitate rei commota ſenatum clamore coegit, ut ei ſimulacrum illud Mercurii polliceretur. Ib. 39, 40.

“ Rex maximo conventu Syracuſis in foro — flens, ac Deos homineſq; conteſtans clamare cœpit, candelabrum factum e gemmis, quod in Capitolium miſſurus eſſet — id ſibi C. Verrem abſtuliffe. — Id eſti antea jam mente & cogitatione ſua conſecratum eſſet, tamen tum ſe in illo conventu civium Romanorum dare, donare, dicare, conſecrare Jovi Opt. Max. &c. Ib. 28, 29.

“ Quæcunq; navis ex Aſia — veniret, ſtatim certiſq; indicibus & cuſtodibus tenebatur: vectores omnes in Latomias conjiciebantur: onera atq; merces in Prætoriam domum deferrebantur — eos Sertorianos milites eſſe, atq; a Dianio fugere dicebat, &c. In Verr. l. 5. 56.

Latomias Syracuſanas omnes auდიſtis. Opus eſt ingens magnificum regum ac tyrannorum. Totum eſt ex ſaxo mirandam in altitudinem depreſſo — nihil tam clauſum ad exitus, nihil tam tutum ad cuſtodias, nec fieri nec cogitari poteſt. Ib. 27. Carcer ille, qui eſt a crudeliſſimo tyranno Dionyſio factus, quæ Latomiæ vocantur, in iſtius imperio domicilium civium Romanorum fuit. Ib. 55.

“ Gavius hic, quem dico, Coſanus, cum in illo numero civium ab iſto in vincla conjeſtus eſſet, & nesciò qua ratione clam e Latomiis profugiſſet — loqui Meſſanæ cœpit, & queri, ſe civem Romanum in vincla conjeſtum, ſibi recta iter eſſe Romam, Verri ſe præſto advenienti futurum, &c. Ib. 61.

³⁷ Erat & Nice, facie eximia, uxor Cleomenis Syracusani — iste autem cum vir esset Syracusis, uxorem ejus parum poterat animo soluto ac libero tot in acta dies secum habere. Itaque excogitat rem singularem. Naves, quibus legatus præfuerat, Cleomeni tradit. Classi populi Romani Cleomenem Syracusanum præesse jubet. Hoc eo facit, ut non solum ille abesset a domo — Nam æstate summa, quo tempore cæteri Prætores obire provinciam, & concursare consueverunt — eo tempore ad luxuriam, libidinesque suas — tabernacula — carbasseis intenta velis collocari jussit in littore, &c. In Verr. 5. 31.

³⁸ Ipse autem, qui visus multis diebus non esset, tum se tamen in conspectum nautis paullisper dedit. Stetit soleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus in littore. Ib. 33.

Quintilian greatly admires this short description, as placing the very scene and fact before our eyes, and suggesting still much more than is expressed by it; l. 8. 3. but the concise elegance and expressive brevity, in which its beauty consists, cannot possibly be preserved in a translation.

³⁹ Tunc Prædonum dux Heracleo repente præter spem, non sua virtute — victor, classem pulcherrimam populi Romani in littus expulsam & ejectam, cum primum advesperasceret, inflammari incendiique jussit, &c. Ib. 35, 36.

⁴⁰ Cleomenem & navarchos ad se vocari jubet; accusat eos, quod hujusmodi de se sermones habuerint: rogat ut id facere desistant, & in sua quisque navi dicat se tantum habuisse nautarum, quantum oportuerit — Illi se ostendunt quod vellet esse facturos — Iste in tabulas refert; obsignat signis amicorum — Iste hominibus miseris innocentibusque

injici catenas jubet — Veniunt Syracusas parentes propinquique miserorum adolescentium — &c. In Verr. 5. 39, 40, &c.

⁹¹ Erat ea navis plena juventutis formosissimæ, plena argenti facti atque signati, multa cum stragula veste — siqui fenes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formæ, ætatis, artificiique habebant, abducit omnes, nonnullos scribis suis, filio, cohortique distribuit. Symphoniacos homines sex cuidam amico suo Romam muneri misit, &c. Ib. 25, &c.

⁹² Archipiratum ipsum vidit nemo — cum omnes, ut mos est, concurrerent, quærerent, videre cuperent, &c. ib. 26. Cum maximus numerus deesset, tum iste in eorum locum, quos domum suam de piratis obduxerat, substituere cœpit cives Romanos, quos in carcerem antea conjecerat — Itaque alii cives Romani ne cognoscerentur, capitibus involutis de carcere ad palum atque necem rapiebantur, &c. Ib. 28, &c.

Quid de multitudine dicemus eorum, qui capitibus involutis in piratarum captivorumque numero producebantur, ut securi ferirentur? Ib. 60.

⁹³ Senec. l. 6. Suafor. 6.

⁹⁴ Plin. Hist. N. l. 34. 2.

⁹⁵ Lactan. 2. 4.

⁹⁶ Hoc consulatu Pompeius Tribuniciam potestatem restituit, cujus imaginem Sylla sine re reliquerat. Vell. Pat. 2. 30.

⁹⁷ Auctores restituendæ Tribuniciæ potestatis enixissime juvit. Sueton. J. Cæs. 5.

⁹⁸ De Legib. 3. 9.

⁹⁹ Qui cum Consul laudabiliter jurasset, se in nul-

lam provinciam ex eo magistratu iturum. Vell. Pat. 2.

31.

¹⁰⁰ De Legib. 3. 11.

¹⁰¹ "Οτι δὴ ἡ μάχη τῶ Πομπηίου μετέδωκε τὴν δημοκρατίαν — ἀποκατάσκει αὐτὸς ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον. Appian. 2. p. 445.

¹⁰² Per idem tempus Cotta judicandi munus, quod C. Gracchus ereptum Senatui, ad Equites, Sylla ab illis ad Senatum transfulerat, æqualiter inter utrumque ordinem partitus est. Vell. Pat. 2. 32.

¹⁰³ Tu es præfectus moribus, magister veteris disciplinæ ac severitatis. Pro Cluen. 46.

¹⁰⁴ Nam mihi — cum ambobus est amicitia: cum altero vero — magnus usus & summa necessitudo. Pro Cluentio, 42.

¹⁰⁵ Quos autem duo Censores, clarissimi viri, furti & captarum pecuniarum nomine notaverunt, ii non modo in Senatum redierunt, sed etiam illarum ipsarum rerum iudiciis absoluti sunt. Ibid. Vid. Pigh. Annal. ad A. U. 683.

¹⁰⁶ Afconius in Orat. in Tog. cand.

¹⁰⁷ Censoris iudicium nihil fere damnato affert præter ruborem. Itaque quod omnis ea judicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est. Fragment. e lib. 4. de Repub. ex Nonio.

¹⁰⁸ In Verr. 5. 14.

¹⁰⁹ Omnia signa, tabulas, ornamentorum quod superfuit in fanis & communibus locis, tota e Græcia atque Insulis omnibus, honoris populi Rom. causa — deportavit. Pro Dom. ad Pont. 43.

¹¹⁰ Afconius.

¹¹¹ De Offic. 2. 16.

¹¹² Ego qui trinos ludos Ædilis feceram, tamen Antonii ludis commovebar. Tibi, qui casu nullos feceras, nihil hujus

istam ipsam, quam tu irrides, argenteam scenam adverstam putas? Pro Muren. 20.

Mox, quod etiam in municipiis imitantur, C. Antonius ludos scena argentea fecit: item L. Murena. Plin. Hist. N. 33. 3.

¹¹¹ Cæsar, qui postea Dictator fuit, primus in Ædilitate, munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo usus est, ferasque argenteis vasis incedere tum primum visum. Ibid.

¹¹⁴ Quare si postulatur a populo — faciendum est, modo pro facultatibus; nos ipsi ut fecimus. De Offic. 2. 17.

¹¹⁵ Ibid.

¹¹⁶ Nam pro amplitudine honorum, quos cunctis suffragiis adepti sumus — sane exiguus sumtus Ædilitatis fuit. Ibid.

¹¹⁷ Plutarch. in Cic.

¹¹⁸ Hoc tamen felicitati suæ defuisse confessus est, quod Capitolium non dedicavisset. Plin. Hist. N. 7. 43.

Curam victor Sylla suscepit, neque tamen dedicavit: hoc unum felicitati negatum. Tacit. Hist. 3. 72.

¹¹⁹ The following Inscription was found in the ruins of the Capitol, and is supposed by some to be the very original which Catulus put up; where it remained, as Tacitus says, to the time of Vitellius. Ibid.

Q. LVTATIVS Q. F.
Q. N. CATVLVS. COS.
SVBSTRVCTIONEM. ET
TABVLARIVM. EXS. C.
FACIVNDVM. CVRAV.

¹²⁰ Quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Plin. 19. 1. Cum sua ætas varie de

Catulo existimaverit, quod tegulas æreas Capitoli inaurasset primus. Id. 33. 3. Though Pliny calls Catulus the first inventor of these purple veils, yet Lucretius, who, as some think, died in this year, or, as others more probably, about sixteen years after, speaks of them as of common use in all the Theatres.

Carbasus ut quondam magnis intenta Theatris.

Lib. 6. 103.

Et vulgo faciunt id lutea, rufaque vela,
Et ferrugina cum magnis intenta Theatris
Per malos volgata, trabesque trementia fluitant.

Lib. 4. 73.

J. Cæsar covered the whole Forum with them, and the later Emperors the Amphitheatres, in all their shows of Gladiators and other sports. Dio. l. 43.

¹²¹ In Verr. 4. 31.

¹²² Pro Fonteio, 5.

¹²³ Ibid. 10.

¹²⁴ Ibid. 17.

¹²⁵ Tota mihi causa pro Cæcina, de verbis interdicti fuit: res involutas definiendo explicavimus. Orator. 29.

¹²⁶ Ad Attic. 1. 5.

¹²⁷ Ut si Ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset. Ep. fam. 10. 25.

¹²⁸ Quis navigavit, qui non se aut mortis aut servitutis periculo committeret, cum aut hieme aut referto prædonum mari navigaret? Pro leg. Manil. 11.

¹²⁹ Qui ad vos ab exteris nationibus venirent, querar, cum legati populi Romani redempti sint? Mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cum duodecim secures in potestatem

prædonum pervenerint? --- Quid ego Ostiense incommodum, atque illam labem & ignominiam Reipub. querar, cum prope inspectantibus vobis, classis ea, cui Consul populi Romani præpositus esset, a prædonibus capta atque oppressa est? Ib. 12.

¹³⁰ Dio. l. 36. p. 15.

¹³¹ Tugurium ut jam videatur esse illa villa, quam ipse Tribunus plebis pictam olim in concionibus explicabat, quo fortissimum ac summum civem --- in invidiam vocaret. Pro Sext. 43.

¹³² Qui cum ex vobis quæreretur, si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri? --- Cepit magnum suæ virtutis fructum, cum omnes una prope voce, in eo ipso vos spem habituros esse dixistis. Pro leg. Man. 20.

¹³³ Dio. l. 36. p. 11.

¹³⁴ Sed idem hoc ante biennium in M. Antonii prætura decretum. Vell. Pat. 2. 31.

¹³⁵ Quo die a vobis maritimo bello præpositus est imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est, unius hominis spe & nomine, quantum vix ex summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Pro leg. Man. 15.

¹³⁶ Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti ac postulanti. Ib. 19.

¹³⁷ Nisi rogationem de piratico bello tulisset, profecto egestate ac improbitate coactus piraticam ipse fecisset. Post redit. in Senat. 5.

¹³⁸ Plutarch. in Pomp.

¹³⁹ Ipse autem, ut a Brundisio profectus est, undequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adjunxit. Ita tantum bellum --- Cn. Pompeius extrema hieme apparavit,

ineunte vere suscepit, media ætate confecit. Pro leg. Man. 12.

¹⁴⁰ L. Otho, vir fortis, meus necessarius, Equestri ordini restituit non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Pro Mur. 19.

¹⁴¹ P. Africanus ille superior, ut dicitur, non solum a sapientissimis hominibus, qui tum erant, verum etiam a seipso sæpe accusatus est, quod cum Consul esset — passus esset tum primum a populari confesso senatoria subfellia separari. Pro Cornel. 1. Fragment. ex Asconio. (Liv. l. 34. 54.) Ea res avertit vulgi animum & favorem Scipionis vehementer quassavit. Val. Max. 2. 4.

¹⁴² sedilibusque magnus in primis Eques
Othone contempto sedet —

Hor. Ep. 4. 15.

Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.

Juv. 3. 159.

¹⁴³ Dio. l. 36. c. 18.

¹⁴⁴ Erat enim severissime scripta Calpurnia. Pro Mur. 23.

¹⁴⁵ Asconii argument. pro Cornelio.

¹⁴⁶ Nam cum propter dilationem comitiorum ter Prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum. Pro leg. Manil. 1.

¹⁴⁷ Aul. Gellius, 13. 15.

¹⁴⁸ From this division of the people into Classes, the word Classical, which we now apply to writers of the first rank, is derived: for it signified originally persons of the first Class, all the rest being styled infra Classem. Ib. 7. 13.

¹⁴⁹ In Verr. Act. 1. 8.

¹⁵⁰ Postulatur apud me Prætorem primum de pecuniis repetundis. Pro Cornel. 1. fragm.

¹⁵¹ Accusavi de pecuniis repetundis, Judex fedi, Prætor quæsi, &c. Pro Rabir. Post. 4.

¹⁵² Brutus, 352.

¹⁵³ Plutarch. Cic. Valer. Max. 9. 12.

¹⁵⁴ Nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegitur; cui cum æqui fuisset, tamen multo maiorem fructum ex Populi existimatione, illo damnato, cepimus, quam ex ipso, si absolutus esset, gratia cepisset. Ad Att. 1. 4.

¹⁵⁵ Ascon. in Orat. pro Cornel. Dio. 1. 36. 20.

¹⁵⁶ Semper venalis, & alienæ minister potentiæ, legem tulit, ut bellum Mithridaticum per Cn. Pompeium administraretur. Vell. Pat. 2. 33.

¹⁵⁷ Post, exercitu L. Luculli sollicitato per nefandum scelus, fugit illinc. De Aruspicum respons. 20. Plutarch. in Lucull.

¹⁵⁸ Pro leg. Manil. 2. 9. Plutarch. ib. Dio. 1. 36. p. 7.

¹⁵⁹ Pro leg. Manil. 24.

¹⁶⁰ Dio. 1. 36. 21.

¹⁶¹ Pro Cluent. 70.

¹⁶² Scholam ejus claros viros frequentasse aiunt; in his M. Ciceronem etiam cum Prætura fungeretur. Sueton. de clar. Grammat. 7. Macrob. Saturn. 3. 12.

¹⁶³ Plutarch. in Cic.

¹⁶⁴ Qui tibi, cum L. Volcatius Consul in consilio fuisset, ne petendi quidem potestatem esse voverunt. Orat. in Tog. cand.

Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere Consulatum. Sall. 18.

¹⁶⁵ Cn. Piso, adolescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus—cum hoc Catilina & Autronius—consilio communicato, parabant in Capitolio L. Cottam & L. Torquatum Coss. interficere. Ea re cognita, rursus in Nonas Feb. consilium cædis transfulerant. Ibid.

¹⁶⁶ Ut principio anni Senatum adorirentur, & trucidatis, quos placitum esset, Dictaturam Crassus invaderet, ipse ab eo Magister Equitum diceretur.—Crassum poenitentia vel metu diem cædi destinatum non obiisse, idcirco, ne Cæsarem quidem signum, quod ab eo dari convenerat, dedisse. Sueton. in J. Cæs. 9.

¹⁶⁷ Pactumque, ut simul foris ille, ipse Romæ, ad res novas confurgerent. Ibid.

Sunt, qui dicant, imperia ejus injusta—barbaros nequivisse pati: alii autem, equites illos, Cn. Pompeii veteres clientes, voluntate ejus Pisonem aggressos. Sall. 19.

¹⁶⁸ Tu in provinciam ire noluisti: non possum id in te reprehendere, quod in meipso Prætor—probavi. Pro Muren. 20.

¹⁶⁹ Non idem mihi licet quod iis, qui nobili genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur. In Verr. 5. 70.

¹⁷⁰ Quoniam videtur in suffragiis multum posse Gallia, cum Romæ a judiciis Forum refrikerit, excurremus mense Septembri legati ad Pisonem. Ad Att. 1. 1.

¹⁷¹ Illam manum tu mihi cura ut præstes, Pompeii nostri amici. Nega me ei iratum fore, si ad mea comitia non venerit. Ibid.

¹⁷² Quæ tibi mandavi, & quæ tu convenire intelliges nostro Tusculano, velim, ut scribis, cures: nos ex omnibus molestiis & laboribus uno illo in loco conquiescimus. Ib. 5.

¹⁷³ Quicquid ejusdem generis habebis, dignum Academia quod tibi videbitur, ne dubitaveris mittere, & arcæ nostræ confidito. Ad Att. 1. 9 Vid. it. 5, 6. 10.

¹⁷⁴ Signa quæ curasti, ea sunt ad Cajetam exposita. Ib. 3.

¹⁷⁵ Ibid. 8.

¹⁷⁶ Hermathena tua me valde delectat. Ib. 1. Quod

ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est—quod & Hermes commune omnium, & Minerva singulare est insigne ejus gymnasii. Ib. 4. Signa nostra & Hermeraclos, cum commodissime poteris, velim imponas. Ib. 10.

The learned generally take these *Hermeraclos* and *Hermathena* to be nothing more than a tall square pedestral of stone, which was the emblem of *Mercury*, with the head of the other Deity, *Minerva* or *Hercules* upon it, of which sort there are several still extant, as we see them described in the books of Antiquities. But I am apt to think, that the heads of both the Deities were sometimes also joined together upon the same pedestral, looking different ways, as we see in those antique figures which are now indiscriminately called *Janus*.

¹⁷⁷ Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrio possim includere, & putealia figillata duo. Ibid.

¹⁷⁸ In ea erant pueri literatissimi anagnostæ optimi, & plurimi librarii; ut ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchre facere posset. Corn. Nep. in vita Attici, 13.

¹⁷⁹ Libros tuos conserva, & noli desperare, eos me meos facere posse: quod si assequor, spero Crassum divitiis atque omnium vicos & prata contemno. Ad Attic. 1. 4.

¹⁸⁰ Bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, quamvis acrem amatorem inveneris. Ibid. 10.

¹⁸¹ Velim cogites, id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. Omnem spem delectationis nostræ, quam cum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus. Ib. 7.

¹⁸² Afcon. Argum.

¹⁸³ Nec fortibus modo, sed etiam fulgentibus praliatus est Cicero in causa Cornelia. Lib. 8. 3.

¹⁸⁴ Orator. 67. 70.

¹⁸⁵ Ufu vero urbis prohibere peregrinos sane inhumanum est. De Offic. 3. 11.

¹⁸⁶ Ad Attic. 1, 2.

¹⁸⁷ Afcon. in Tog. candid.

¹⁸⁸ Meipsum, me, inquam, quondam ille pæne decepit, cum & civis mihi bonus, & optimi cujusque cupidus, & firmus amicus & fidelis videretur. Pro Cælio, 6.

¹⁸⁹ Accusati sunt uno nomine Consulares — affuerunt Catilinæ, eumque laudarunt. Nulla tum patebat, nulla erat cognita conjuratio, &c. Pro. Syll. 29.

¹⁹⁰ A Catilina pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur. De Harusp. resp. 20.

¹⁹¹ O miser, qui non sentias illo judicio te non absolutum, verum ad aliquod severius judicium, ac majus supplicium reservatum. Orat. in Tog. cand.

¹⁹² Tactus est ille etiam, qui hanc urbem condidit, Romulus: quem inauratum in Capitolio parvum atque lactantem, uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. In Catil. 3. 8.

This same figure, as it is generally thought, formed in brass, of the infants Romulus¹ and Remus sucking the wolf, is still preserved and shown in the Capitol, with the marks of a liquefaction by a stroke of lightning on one of the legs of the wolf. Cicero himself has described the prodigy in the following lines.

Hic silvestris erat Romani nominis altrix
Marta; quæ parvos Mavortis femine natos
Uteribus gravidis vitali rore rigabat.

Quæ tum cum pueris flammato fulminis ictu
Concidit, atque avulsa pedum vestigia liquit.

De Divinat. i. 12.

It was the same statue, most probably, whence Virgil drew his elegant description.

— Geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, et lambere matrem
Impavidos. Illam tereti cervice reflexam
Mulcere alternos, et corpora fingere lingua.

Æneid. 8. 631.

The martial twins beneath their mother lay,
And hanging on her dugs with wanton play
Securely suck'd: whilst she reclin'd her head
To lick their tender limbs, and form them as they fed.

¹⁹³ Nonne tertio & tricesimo anno mortem obiit? quæ est ætas, nostris legibus, decem annis minor, quam consularis, Philip. 5. 17.

¹⁹⁴ The distinction of Patrician, Plebeian, and Noble, may want a little explication. The title of Patrician belonged only, in a proper sense, to those families of which the Senate was composed in the earliest times, either of the Kings, or the first Consuls, before the Commons had obtained a promiscuous admission to the public honors, and by that means into the Senate. All other families, how considerable soever, were constantly styled Plebeian. Patrician then and Plebeian are properly opposed to each other; but Noble common to them both: for the character of Nobility was wholly derived from the Curule Magistracies which any family had born: and those which could boast of the greatest number, were always accounted the Noblest; so that many Plebeians surpassed the Patricians

themselves in the point of Nobility. Vid. Afcon. argum. in Tog. cand.

¹⁹⁵ Catilina & Antonius, quanquam omnibus maxime infamis eorum vita esset, tamen multum poterant. Coierant enim ambo, ut Ciceronem consulatu dejicerent, adjutoribus usi firmissimis, M. Crasso & C. Cæsare. Afcon. argum. in Tog. cand.

¹⁹⁶ Ibid.

¹⁹⁷ Afcon. not. ibid.

¹⁹⁸ Brutus, p. 40. 2. 3.

¹⁹⁹ Epist. fam. 8. 4.

²⁰⁰ Plutarch. in Cato. Sueton. J. Cæs. 11.

²⁰¹ Quorum auctoritatem, ut quibus posset modis, diminueret, trophæa C. Marii — a Sylla olim disjecta, restituit. Suet. ib.

²⁰² Qui hominem carissimum populo Romano — omni cruciatu vivum lacerarit; stanti collum gladio sua dextera secuerit; cum sinistra capillum ejus a vertice teneret, &c. Vid. de petitione Consulatus. 3.

Quod caput etiam tum plenum animæ & spiritus, ad Syllam, usque janiculo ad ædem Apollinis, manibus ipse suis detulit. In Tog. cand.

²⁰³ Bis absolutum Catilinam. Ad. Att. 1. 16. Sallust. 31. Dio. 1. 56. p. 34.

²⁰⁴ Cum ita vixisti, ut non esset locus tam sanctus, quo non adventus tuus, etiam cum culpa nulla fubeffet, crimen afferret. Orat. in Tog. cand. Vid. Afcon. ad locum.

²⁰⁵ Sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia post fuere. Sall. 23.

²⁰⁶ Sed tamen magnificentius esse illo nihil potest, quod meis comitiis non tabellam vindicem tacitæ libertatis, sed vocem vivam præ vobis indicem vestrarum erga me

voluntatum tulistis. — Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus, neque singulæ voces præconum, sed una voce universus populus Romanus Consulem declaravit. De leg. Agrar. con. Rull. 2. 2. in Pison. 1.

²⁰⁷ Eum locum, quem nobilitas præfidiis firmatum, atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce rescidistis — Me esse unum, ex omnibus novis hominibus, de quibus meminisse possumus, qui Consulatum petierim, cum primum licitum sit; Consul factus sim, cum primum petierim. De leg. Agrar. lib. 1, 2.

²⁰⁸ Pater nobis decessit ad diem viii Kal. Decemb. Ad Att. 1. 6.

²⁰⁹ Tulliolam C. Pisoni, L. F. Frugi despondimus. Ib. 3. If. Casaubon, rather than give up a hypothesis which he had formed about the earlier date of this letter, will hardly allow that Tullia was marriageable at this time, though Cicero himself expressly declares it. Vid. not. varior. in locum.

²¹⁰ L. Julio Cæsare & C. Marcio Figulo Coss. filiolo me auctum scito, salva Terentia. Ad Attic. 1, 2.